[A] Nunc post hoc, O tu solthane Babyloniae princeps gentis magnae, considera cur tibi ascribis custodiam legis Arabum commissam. Fuisti aliquando Christianus, et abnegasti (ut aptus esses ad principatum) fidem christianam. non fateris te Christum abnegasse, sed minus **[col. 114]** credere de eo quam prius. [B] Credebas enim eum filium Dei uerum, modo secundum legem Arabum non credis. Non abnegasti fidem unitatis dei, quam habuisti, et tenes modo. Credebas Mariam matrem Iesu Christi esse theotocon genitricem scilicet Dei : modo dicis, uirginem Mariam esse matrem Christi, sed non dei. [C] Credebas Christum in Hierusalem per Pontium Pilatum crucifixum pro nostra salute, uisitasti locum sepulturae in Hierusalem, uidisti signa quae acciderant mortis hora, scilicet scissuram petrae ex terrae motu, modo negas eum mortuum, et adstruis eum adhuc uiuum. [D] Vidisti deuote et saepe locum natiuitatis circa praesepe in Bethleem : modo negas hoc uerum, dicens, sub palma quadam in loco solitario Christum natum. Mira res est. Factus es Solthanus, non ut imminuas laudes et exaltationem Christi, et matris eius Mariae uirginis. Loca illa quae ad laudem constructa sunt in perpetuam memoriam crucifixionis et natiuitatis Iesu, quae perhibent testimonium continuum mille annorum et plurium (ne detrahas laudi) esse finis, et te per illa conuinci non erubescis. [E] Credidisti aliquando Gabrielem missum a Deo ad uirginem Mariam in Nazareth, et ei annuntiasse quomodo ipsa paritura esset Iesum filium dei, modo credis Amram patrem Mariae, et per consequens ipsam non esse illam de qua euangelium dicit, quae secuta est illam primam Mariam plus quam mille annis. Et si dicis Alchoran in hoc errasse, consequens est quod Gabriel euangelicus sit uerus, et Gabriel Alchoranicus sit mendax. Considera si Mahumet per Iudaeos sibi assistentes deceptus fuit, qui illi persuadebant, Mariam matrem Christi sororem Aaron fuisse, in multis eum decipere potuisse, tanquam penitus ignarum historiarum temporum. Expetit a te uirgo gloriosissima Maria, ut restituas ei honorem a deo datum, et in tertia synodo sub Theodosio, atque quarta sub Martino imperatoribus declaratum. Respice in illos gloriosos imperatores, Theodosium, Martianum, Constantinum, et caeteros, qui gloriam uirgini et matri Christi summo studio augere procurarunt. Si princeps es, aduerte haec esse honoris tui, ut similiter facias, cum ad idipsum oblikeris ex euangelio prius per te professo, et nunc in acceptatione Alchoran de nouo firmato,

et approbato. [F] Diceres fortassis : Absit absit, quod ego debitum honorem Mariae Virgini dare recusem. Neque enim sic intelligo ALCHORAN. Ideo blasphemantes ipsam, mando mortis supplicio tradi. Sed deest intelligentia circa modum generationis IESU CHRISTI de uirgine. Respondeo : Modus incarnationis [col. 113 bis] uerbi excedit humanum intellectum. Sed cum Euangelium dicat, uerbum caro factum, hoc utique a te credi oportet, si Euangelio credis. Et istud sufficit, si credis matrem Christi, qui Christus est uerbum dei in uirgine incarnatum, modo quo deus hoc operatus est. Si itaque praeceperis in omni imperio tuo omnes credere euangelio, modo tali quo Aegyptii, Afri, Romani, Asianique crediderunt, et glorificauerunt uirginem Mariam tempore Mahumet, et ante post omnes Christiani, aut maior eorum pars, iustum erit mandatum tuum, Deo et Christo et uirgini intemeratae fore acceptum, et infinitarum animarum tribues salutem et quietem, tibi que laudem immortalem et uitam perpetuam. [G] Euenire debet tempus (ut supra dictum est ex Alchoran) quo non erit nisi fides Christi. Incipe tu accedere, et sequentur te omnes orbis et sectae illius principes. Tunc dicetur : Ecce deus permisit fieri mala, ut euenirent bona. Fides Euangelii ubique ab idololatriis orientalibus sprete fuit. uenit lex Arabum, quasi nolens consentire in ipsam, et ad cultum eos unius dei, approbato tamen occulte euangelio, conduxit : Nunc placuit deo, quod approbatum euangelium, coopertum multis ineptiis in Alchoran (quemadmodum approbatur saepe in eodem libro) in lucem ueniat. Ita ducentur de lege Arabum ad euangelium prius fortissime resistentes, ad gloriam magni dei, regis regum, creatoris uniuersi.

## CAP. XVIII

### AD CALIPHAM DE BALDACH

#### Quod Iudaei de Abraham apposuerunt in Alchoran.

[Au calife de Bagdad,

sur ce que les Juifs ont inséré dans le Coran à propos d'Abraham]

[A] *Si Dieu a inspiré le Coran à Mahomet par l'intermédiaire de Gabriel, comment le calife de Bagdad explique-t-il qu'on y trouve ces mots : « de Gabriel, qui t'a mis ce livre dans le cœur, par l'intermédiaire du créateur » ?* [B] *On lit en outre, au chapitre XVI : « moi, à qui Dieu a ouvert et envoyé un chemin droit et direct, à savoir celui d'Abraham, qui n'était point un incrédule ». Si la première personne désigne Mahomet, ce n'est pas Dieu qui parle, et il ne faut pas croire ce que dit le Coran.* [C] *En outre, au chapitre VI, Dieu demande à Mahomet de faire savoir aux hommes qu'ils doivent imiter la secte d'Abraham : pourquoi le chapitre XVI répète-t-il ce commandement, alors que le Coran procède par séquences*

*successives ? [D] Du reste, Mahomet fut converti à quarante ans par le moine Serge, et quitta le culte des idoles pour le christianisme nestorien : bien loin d'être circoncis (pas plus au huitième jour que dans sa treizième année), il fut baptisé. À ses yeux, par conséquent, les Évangiles parachevaient la loi d'Abraham. Comment put-il suivre cette loi ? [E] Il n'est pas vraisemblable que Mahomet soit l'auteur de tels passages. Ils furent interpolés par des juifs fourbes et rusés, après sa mort, et avant qu'on ne remette à Ali ses préceptes. [F] Maintenant qu'il est éclairé sur la genèse du Coran, le calife doit préférer au mensonge la vérité.*

[A] Primum a tua prudentia, qui prae es legi Alchoran, deposco, utrum credis deum esse auctorem Alchoran, an non ? Si non, cur mandas tantam diligentiam libro illi in studio Baldach adhiberi, qui de seipso perhibet falsum testimonium, cum dicat se a deo compositum, quod tu non credis ? Si uero credis librum illum dei uerba continere, quomodo potest liber dicere, quod per Gabrielem deus ipsum Machumet intimauit, per haec uerba : Gabrielis hunc librum tuo cordi per creatorem intimantis ? Quomodo possunt haec uerba deo loquenti adaptari, qui est creator ? Tu nosti per discursum libri talia saepissime reperiri quae per se ostendunt, non esse uerba dei qui loquitur. Esto igitur, quod istis et aliis obiectionibus non obstantibus, tu omnino credas deum libri illius collectorem. Credere igitur te oportet omnia esse uerissima, quae in ipso continentur. [B] Dicito igitur, quando legitur Cap. XVI. Ego quidem, cui deus uiam rectam atque directam, illam scilicet Abrahae non increduli patefecit<sup>3</sup>, et immisit [col. 114 bis]. Quid per Ego, intelligis ? Si dicis, Machumet, utique non sunt illa uerba dei, nec eis credendum. De se igitur Machumet testimonium perhibens, nihil probat : et illa uerba cum in Alchoran sint scripta, dei esse praedixisti, quae simul stare nequeunt. [C] Adhuc nonne Cap. VI ponitur : Tu uero caeteris intima, deum ueraciter iniunxisse, quod Abrahae sectam imitentur, qui nec incredulus nec idololatra. Si haec deus ei praecepit, et post hoc Cap. XVI eidem primo immisit et patefecit uiam abrahae (Alchoran enim succesiuè descendit, et pedetentim, ut Cap. XXVI) quomodo haec simul stabunt, et quomodo compatiuntur se illa, quae in VI cap. dicit, Abraham nec incredulum nec idololatram fuisse, et in doctrinis idem affirmat. [D] Dicito, cum Mahumet XL annorum, de idololatria conuersus sit per Sergium monachum Christianum et Nestorianum, cuius etiam habitum religiosum acceptasse dicitur, et in ea fide mortuus afferitur : quomodo est hoc uerum, quod Abrahae legem tenuerit ? Ubi legisti in Alchoran praeceptum de circuncisione, aut Mahumet circuncisum : utique non in octauo die natiuitatis suae, ut Isaac et filiis Abrahae fuit

---

<sup>3</sup> patescit.

praeceptum, nec in XIII anno, ut Ismael (tunc enim idololatra fuit) nec postea legitur circumcisis. Sed quia Christianus, licet Nestorianus, utique baptizatus fuit, Nestoriani enim Euangelium amplectuntur, et baptizantur. [E] Neque est uerissimile, Machumet ista in Alchoran scripississe. Nam ut patet ex Alchoran, euangelii laudes ponuntur in XII Cap. et ante capita illa quae legem Abrahae immissam Mahumet dicunt. Similiter et laudes Christi cap. IIII quae credi possunt a Mahumet positae, cum esset Christianus, ut praefertur. Certum est autem ipsum, Christum omnibus prophetis praeferre, et legem euangelicam omnibus prophetis praeferre, et legem euangelicam omnibus aliis legibus, ideo quod derelicto Christo et Euangelio ad Abraham fuerit per deum remissus, nequaquam est consonum rationi nec uerissimile, cum Christiani in obseruantia euangelii non dubitent omnem perfectionem fidei et legis Abrahae contineri. Ista igitur de lege et uia ipsius Abrahae. Verisimiliter Iudaei post mortem eius apposuerunt ad Alchoran, quoniam in eorum manibus erat collectio Machumet, ut praemittitur. Nunc uides Califa, uos, per astutos, per uersos, dei blasphemus Iudaeos esse seductos, qui Alchoran nunquam in uita Mahumet publicatum (neque eius unquam continentia plene cuiquam reperitur communicata) post mortem Machumet, antequam Iudaei illi qui Machumet adhaeserant, et collectionem praeceptorum eius in sua potestate habuerant, ipsam Hali (cui Machumet tradi mandauit) assignarent, illa inseruerunt [col. 120] de Abraham, cuius se Iudaei filios iactant, atque alia multa quae in Alchoran remanserunt. [F] Haec cum optime scias, sume uirilem animum in dei timore, et ueritatem mendacio praeferas.

## CAP. XIX

### OSTENSIO,

#### Sine Christo non posse quenquam felicitari.

#### [Démonstration de ce que sans le Christ, nul ne peut connaître la félicité]

[A] *Nul ne peut espérer parvenir à la vie éternelle sans le Christ. Le Coran même admet qu'en tant qu'il est mortel, l'homme ne saurait atteindre de ses propres forces à l'immortalité.* [B] *Et pourtant, nous aspirons tous à cette immortalité : il ne peut y avoir de félicité que par elle. Or, il ne suffirait pas que nous l'atteignons sans l'avoir méritée : nul ne peut être heureux qui n'est le maître de son bonheur.* [C] *Mais s'il ne peut mériter ce bonheur, comment donc l'homme en serait-il maître ?* [D] *L'exemple de la bête permet de le comprendre : quels que soient ses efforts, elle ne peut être douée d'un intellect. À supposer, cependant, qu'il existe un animal capable d'apprendre et de s'élever jusqu'à l'intelligence humaine, l'animalité en lui s'unirait à une hypostase qui la dépasserait : il mériterait, en tant*

*qu'animal, ce dont il disposerait par nature, en raison de cette hypostase. [E] De même, l'homme seul ne pouvait accéder à l'immortalité : c'est le Christ qui l'a méritée, en tant qu'homme, mais il fallait pour cela qu'il en jouît en tant que Dieu. [F] Puisque le Coran admet que l'homme mérite l'immortalité, ceux qui suivent le Coran doivent reconnaître la nature divine du Christ, et par conséquent, la vérité de l'Annonciation.*

[A] Secundo considera, quomodo Christo Iesu et eius Euangelio absque omni haesitatione, etiam secundum Machumet subiici debeas, si ad aeternam uitam peruenire speras : quoniam sine Christo hoc omni homini impossibile est. Et ad hoc ostendendum, praemitto etiam secundum Alchoran, hominem mortalem nullo modo posse quocunque studio aut exercitio uirtutis immortalem fieri. Mortalis enim natura si seipsam efficere posset immortalem, faceret et seipsam deum, qui solus per naturam est immortalis, etiam secundum Alchoran. Non potest igitur aliquis homo talia studiosa facere opera, propter quae merito et de iure fiat immortalis.

[B] Et cum immortalitatem omnes desideremus, nemo erit felix ultima felicitate, nisi ipsam assequatur. Nec sufficeret illam sine merito habere. Qui etenim non assequitur regnum immortalitatis ut haeres et dominus per iustitiam, nondum est felix. Non enim uassalus, qui de gratia id habet quod habet, felix est, quia seruus : sed dominus, et haeres. [C] Quomodo igitur erit possibile, quod homo ad regnum coelorum et immortalitatis perueniat, ut sit rex et dominus et haeres regni illius, si mortalis immortalitatem sic mereri non potest, quod ei debeatur ? [D] Sicut enim sensibilis uita cuiuscunque bruti animalis nullo nunquam exercitio ad hoc ascendere poterit, quod fiat intellectualis et intelligens, licet unum animal brutum plus uideatur per doctrinam hominis ad conformitatem intelligentiae ascendere, quam aliud : nunquam tamen erit possibile, bestiam fieri intelligentem. Sed si aliquod reperiretur animal speciei bestialis capax doctrinae, taliter quod exercitio continuato apprehenderet intelligentiam eorum quae homo intelligit, et hoc opere ostenderet, nequaquam uerum esset illud animal fuisse puram bestiam, sed habuisse intellectum, cui animalitas illa brutalis speciei fuisset ut suae hypostasi unita : ideo id quod in radice illa quam hypostasim dico habuit naturaliter, potuit etiam in assumpta specie brutali congruo mereri exercitio. [E] Et quemadmodum haec de bruto et intelligentia uera sunt, sic de homine et diuinitate, quae et immortalitas nominatur, dic oportet. Nullus enim homo, quantumcunque uideatur immortalitati seu Deo similior quam alius, nunquam tamen per quodcunque exercitium studiosorum licet sanctior continue fieret, ad diuinitatem seu immortalitatem perueniret [col. 121]. Et si quis peruenisse creditur, necesse fuit quod illius hominis radix seu hypostasis fuerit diuina, ut in assumpta humanitate exercitio uirtutis apto immortalitatem mereri posset,

quam habuit in radice seu in hypostasi. [F] Vos autem secundum Alchoran, non dubitatis hominem fide et operibus mereri posse, quod per sententiam dei iudicis aeterna uita in die extremi iudicii et adiudicetur. De Christo igitur minime hoc uerum dubitatis, quod eo nemo dignior. Oportet igitur fateri, quoniam Christus homo mortalis meruit immortalitatem in humana natura, quod illa humana natura in ipso radicata, et (ut sic dicam) hypostatizata fuit in diuina, ut praefereatur : et in nullo alio homine natura humana ita eleuata fuit ut eius hypostasis esset diuina. Ipse enim solus altissimus. Nullus igitur homo alius immortalitatem mereri potuit, neque potest, naturae suae humanae : solus autem Christus potuit. Meruit igitur immortalitatem, omnibus eiusdem naturae humanae sibi conformibus. Ideo intelligimus per angelicam Gabrielis annuntiationem Mariae uirgini factam, in euangelio scriptam, ipsum Iesum a deo nominatum, quia saluator est, saluum faciens populum suum : et Messiam siue Christum regem esse, de cuius regno sunt omnes qui aeternam et immortalem uitam assequuntur.

## CAP. XX

### OSTENSIO,

#### Christum meruisse Christianis immortalitatem.

#### [Démonstration de ce que le Christ a mérité pour les chrétiens l'immortalité]

[A] *Si l'hypostase divine du Christ fait qu'il est par nature immortel, il a en outre mérité cette immortalité. En se faisant homme, tout d'abord. Mais aussi par l'exercice de la vertu : en déposant, par sa mort, la mortalité de la nature humaine. [B] Tous ceux qui croient en lui sont appelés à régner avec lui dans la vie éternelle. Il est ce médiateur qui rend les hommes immortels, parce qu'il est doublement héritier du Royaume. Héritier par nature, en tant qu'il est le fils de Dieu. Héritier institué, en tant qu'il est le Fils de l'Homme, mais qu'il a combattu le prince du monde et que cette victoire lui vaut l'onction de Dieu : et c'est pourquoi tous les hommes christiformes sont ses co-héritiers. [C] Il ne peut y avoir dans le Christ qu'une seule hypostase, divine, dans laquelle s'enracine sa nature humaine. Car le Christ n'est qu'une seule personne, quoiqu'ayant deux natures, humaine et divine. Par communication des idiomes, on lui prête indifféremment des attributs qui relèvent de l'une ou de l'autre : bien des doctes, parmi les chrétiens, pourront renseigner le calife à ce sujet.*

[A] Intellige Calipha, quod Christus meruit hoc regnum immortalitatis in humana natura assumpta de uirgine, quia in radice seu hypostasi fuit immortalis per naturam. Unde sicut ipse

secundum hypostasim diuinam fuit naturaliter immortalis, ita in assumpta humana natura meruit, ut esset immortalis. Natura igitur humana in ipso non est facta immortalis solum ex gratia unionis eius cum diuina hypostasi, sed etiam ex exercitio uirtutis. Meruit enim deposita mortalitate per mortem, quam ob obedientiam dei passus est, fieri amplius immortalis. Messias igitur, seu CHRISTUS rex, prae consortibus unctus, natura et merito rex est aeternae seu immortalis uitae. **[B]** Hoc quidem regnum suum est, qui est rex uirtutum et gloriae, et in ipsum ipsius regnum, omnes creduli et fideles per ipsum, ut sint conregnantes, uocati sunt : et qui audiunt uocem eius, et sequuntur ipsum, possident immortalitatem. Iam clare conspicias, CHRISTUM esse mediatorem dei et hominum, et nullum hominem fide et operibus, nisi per ipsum, mereri uitam aeternam. Ipse haeres regni DEI immortalis, quod solus DEUS inhabitat, ad **[col. 119]** quod omnes homines aspirant. Haeres quidem omni dicendi modo, secundum naturam, et constitutionem. Et quia secundum naturam est haeres, tunc dicitur uerus filius Dei : filius enim haeres est naturalis. Et secundum constitutionem haeres est, et dicitur filius hominis, unctus prae consortibus suis. Duplex est autem constitutio : una, qua simpliciter dependet ab electione constituentis : alia, quae non solum ab electione constituentis dependet, sed ex merito constituti. ac si rex habens filium et fortem aduersarium, faceret proclamare, quod illum militem in haeredem constitueret qui aduersarium uinceret, et naturalis filius seruilem militarem induens formam uictor fieret, ille omni modo haeres esset, natura et constitutione. Ita Christus, haeres uniuersorum natura et constitutione existit. Induit enim hominis seruilem formam, et principem huius mundi uicit, dei aduersarium, de cuius manu liberauit humanam captiuam naturam, ad dei imaginem et contemplationem eius creatam. Vides Christum perfectissimum dei haeredem, natura et merito filium dei et filium hominis, et omnes homines Christiformes, per ipsum dei haeredes et filios, et ipsius Christi cohaeredes. Haereditas autem est regnum uitae aeternae, in quo uidetur deus pater in gloria sua, et Christus uictor in gloria dei patris. Neque alius potest esse uerus Alchoran intellectus, uti tu ipse pura mente conspicias. **[C]** Haec si recte aduertis, uides in Christo non esse nisi unam diuinam hypostasim, in qua radicatur humana natura. Hypostasis uero diuinae et immortalis naturae, humanam in se colligit naturam, ob quam hypostasim Christus est una diuina persona, licet sit diuinae pariter et humanae naturae. Et de ipso dicuntur communicatione idiomatum quae diuinae naturae pariter et humanae tribuimus. De quo poteris, si uelis, a multis doctis Christianis sufficienter informari.

## CAP. XXI

## DECLARATIO

## Similitudinis Adae et Christi

## [Mise en évidence de la similitude entre Adam et le Christ]

[A] Comprendre l'union d'une nature humaine avec une hypostase divine excède les capacités de notre imagination. Mais il est vrai, comme le dit le Coran, que Jésus ressemble dans une certaine mesure à Adam. [B] Car l'hypostase d'Adam, plus haute que celle des bêtes, unissait à soi sa nature animale, bien qu'il ne fût qu'une seule personne. Roi et messie des êtres vivant d'une vie sensible, il les mena vers la vie intellectuelle, qui la dépasse en perfection. [C] De même le Christ, roi et messie des êtres vivant d'une vie intellectuelle, les mène vers des opérations divines. [D] Et cependant, la ressemblance n'est pas totale. La vie sensible et la vie intellectuelle ont une proportion qui n'existe pas entre la vie intellectuelle et la vie divine. Aussi la vie divine, bien que sa force soit infinie, ne peut-elle donner forme à la vie intellectuelle, ni entrer avec elle dans un rapport de composition : l'aimant attire le fer, mais sans que leurs natures se confondent. C'est une allégorie, mais de la même façon qu'Adam enveloppait en lui tous les hommes à venir dans le monde terrestre, le Christ enveloppe en lui tous ceux qui sont prédestinés à la vie immortelle et qui ont, grâce à lui, le royaume céleste pour cité – pour maison. [E] Le calife s'en convaincra, si Dieu lui ouvre les yeux et qu'il lise le très saint Évangile.

[A] Et quia circa modum, quo humana natura diuinae hypostasi uniat, plerique non recte imaginati sunt, quoniam illud quod omnem intellectum exuperat, imaginatio non attingit, ideo pauca circa hoc, ne erres sequendo aut Nestorium aut Euticen, aut alium aliquem non sane intelligentem, scire debes, quod sicut V. Cap. Alchoran scribitur, Iesum, Adae quodammodo similitudinem gerere, ad bonum intellectum. Hoc si uerum concipe. [B] Adam a deo creatus ut praeeset animalibus, rex et Messias animalium fuit. In eo enim altior hypostasis, quam in brutis, scilicet naturae intellectualis fuit, in se brutalem [col. 120 bis] animalitatem colligens et uniens. Ob quam etiam hypostasim naturae intellectualis, una fuit persona licet intellectualis pariter et brutalis naturae. Et quoniam omne perfectionis ordine, natura est prius, deus omnia antecedit non tempore, cum non sit in tempore, sed natura, quia perfectior. Ita Deus, antiquior intelligentia. Intelligentia, antiquior sensibilitate seu brutalitate. Sensibilitas antiquior uegetabilitate. Dico antiquior, non tempore, sed ordine et dignitate atque perfectione. Eo dicendi modo intellectualis natura in Adam antiquior sensibili, in se uniuert

sensibilem naturam. Et factus est rex omnium uita sensibili uiuentium, quia ipsam sensibilem uitam in unionem antiquioris intellectualis uitae assumpsit, et mouit corpus uiuens uita sensibili, ad actus uitae intellectualis. [C] Sic Christus quodammodo in similitudine tali concipi potest, esse Messias et rex omnium uiuentium uita intellectuali. Quia diuina uita antiquior intellectuali, in se uniuert uitam intellectualem hominis, et mouit illam humanam intellectualem naturam ad operationes diuinas. [D] Dicitur autem, quodammodo esse similem Christum Adae, non totaliter. Nam uita intellectiua in Adam, non solum in se uniuert uitam sensibilem, sed quia inter ipsam intellectuam et sensibilem quaedam potuit esse proportio, cum quaelibet sit finita et creata, hinc uita intellectiua in unione praedicta facta est forma, formans sibi unitam sensibilem uitam. Diuina autem uita in Christo, licet in se hypostatice uniret uitam intellectuam humanam, non tamen formaliter : cum inter diuinam uitam, cuius magnitudinis non est finis, et intellectuam finitam non possit cadere proportio, quae est necessaria inter formam et id quod format. Cum tamen hypostasis sit infinitae uirtutis, naturam in se attractam nunquam deserit, sicut uirtus magnetis in suam hypostasim ferrum attractum nunquam deserit, et per medium attracti ferri aliud ferrum attrahit : et hoc faceret in infinitum, si uirtus esset infinita. Non tamen fit uirtus illa magnetis forma ferri, neque transit in ferrum. Neque componitur cum ferro, ut fiat unum tertium ex ipsis compositum, sed remanentibus naturis inconfusis, ita ferrum hypostasi uirtutis magnetis adhaeret, quod ipsam non deserit, siue sursum, siue deorsum, siue lateraliter moueatur. His aenigmatibus quamuis remotis, CHRISTUM aliquantulum appraehende. Adhuc sicut Adam terrenus in se complicit omnem hominem qui uenturus erat in hoc regnum et hunc mundum sensibilem, ita quod complicitate omnes homines in ipso erant, et ab ipso receperunt ut huius mundi homines esse possent, ita in Christo, secundo scilicet Adam coelesti, complicitate sunt [col. 121 bis] omnes praedestinati ad uitam immortalem alterius mundi et regni coelorum, a quo necessario omnia recipiunt, ut illius incorruptibilis coelestis regni ciues et domestici esse possint. [E] Quae clarissime et [col. 122] apertissime sic esse reperies, si deus dignabitur tibi oculos aperire, ut legas et intelligas sacratissimum euangelium. Quod tibi concedat deus pius et misericors, semper benedictus : Amen.

## TABLE DES MATIÈRES

Présentation.....	2
Protocole d'établissement .....	6
<i>Cribratio Alchorani</i> , extraits .....	7
Premier prologue .....	7
Que la crucifixion est exaltation et glorification du Christ .....	10
Conseil au Sultan, pour qu'il donne l'ordre de croire la vierge Marie mère de Dieu .....	12
Au calife de Bagdad, sur ce que les Juifs ont inséré dans le Coran à propos d'Abraham ...	14
Démonstration de ce que sans le Christ, nul ne peut connaître la félicité.....	16
Démonstration de ce que le Christ a mérité pour les chrétiens l'immortalité .....	18
Mise en évidence de la similitude entre Adam et le Christ .....	20